

Lex Tribunitia.

Explicatio legis

agrarię.

Iusiurandum.

Tribunorū spes.

Tiberius Gracchus
uir eloquentissimus.

Itali bellicosissimi.

Seruorū multitudo
detestanda.

Attende.

Bellum Seruile.

Legis Tribunitię
tenor iteratus a
Graccho.

Triumviri ad diui-
dendos pauperibus
agros singulis annis
electi.

Querele diuitem.

Neminem ultra quingenta telluris iugera habere posse: neq; maiorum armentorū ultra centū: minorū quingenta duntaxat capita obtinere. **E**t in his liberoꝝ addidere numerū: quē possiderēt: quibus hęc custodire & referre iniunctū fuerat. **H**ęc igit̃ ex lege statuentes iusiurandum quoq; legi prestitere: pœnēq; sūmā adhibuere: sperantes eos qui superessent agros paulatim ad inopes cessuros esse. **S**ed nec horū legis ue: aut iurisiurandi cura ulla habebat. **N**am qui prę ceteris hęc obseruare & custodire debuerant: agros clanculū cū domesticis eorū partiebant: multi etiā uectigalia spernebāt: donec **T**iberius **G**racchus uir illustris & eloquio potens: fame potissimū cupiditate ductus: & propterea summo in honore habitus a ceteris **T**ribunis plebis: orationē grauissimā de italıs uiris habuit: ueluti bellicosissimis & necessitudine cōiūctis populo romano q̃ a paucis quibusdā opulentis absumerent: & ad inopiam pusillanimitatēq; truderēt: neq; harū rez directionē ullam sperare possent: **D**einde seruorū detestatus multitudinem: qui nec militię utiles: nec heris fidi esse consueuissent: quę nuper i Sicilia a seruis in dominos gesta essent edisserit: iplis ex agricultura dietim succrescentibus: qualeq; i romanos gessissent bellū: nō facile quidem aut breue: **C**eterę p̃ uarias periculoꝝ mutationes in longū tēpus agitatū referebat. **Q**uibus explicatis legē denuo protulit **N**emini licere ultra quingenta telluris iugera habere: **F**ilijs autē eorū ad ueterē legē dimidiū horū attribuit. **A**d reliquos uero diuidendos agros tres uiros prestantes elegit: qui per singulos immutati annos eos pauperibus impenderent. **H**ęc lex precipue diuitibus ingrata fuit: nequeuntib⁹ illam ut prius euitare ob eos qui tellurē erant diuisuri: nec quicq; ultra id quod sorte datū erat uel precio indipisci potētibus. **Q**uipe hęc animaduertens **G**racchus huiusmodi uenditionē in primis cohibuerat. **D**iuites igit̃ p̃ partes i unū congregati inter se querebant: **S**i tenuioribus uetera eorū opera: arbores: domos: ac preciū: